



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Atta. Ahbas Blandiniensis & Vedastinus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

merito fuit Jvnā cum Wilhelmo Episcopo Tornacensi dicē festum sibi instituisse anno 1331. in monte Blandinio autem frequentior eius fuit memoria, vnde in Martyrolo-
gio legitur. Sexto Kal. Nouembri in Blandinio Adventus Corporis Sanctissimæ Virginis Christi Amelbergæ De-
cimo tertio Kal. Iunij in Blandinio translatio Corporum Sanctorum, Gudwali Bertulfi cum reliquijs S. Virginis Amelbergæ. Kalendis Maij in Blandinio monasterio translatio Corporis Sanctissimæ virginis Amelbergæ. In picturis pedum ut Abbatissa, quandoque etiam palmarum ceu virgo, gestat. Sub pedibus pisces habet, vulgo sturio-
nem dicū quēm alij acipenserē vocant. His enim pis-
ibus nauem comitantibus fertur corpus eius dūno nu-
tu, aduerso flumine vectum esse. Vitam eius scripsit S.
Radbodus Ultrajectinus Episcopus numero XIV. ex re-
gia Frisorum ac Francorum stirpe, vir spiritu Prophetico
clarus. Scripsit & eandē Theodoricus Abbas ad S. Tru-
donem Ord. S. Benedicti in dioceſi Leodiensi ex Mona-
cho Blandiniensi, vti reclē notauit Valerius Andreas in
Bibliotheca Belgarum.

A M E L I A.

Teneramunde.

Virgo Swiuekana iuxta Teneramundam spiritu Propheticō donata fuit, ait Harduynus in M.Sc. Sanctorum Flandriæ indiculo.

A T T A

Abbas Blandiniensis & Vedastinus.

ATTA Monachum Gardau in monte Blandi-
nio cōplexus ad exemplum multorū sanctissimorū
patrum

patrum amatorum professionis monasticæ vitam compo-
nens, secutis in primis vestigia S. Amandi, primi eius do-
mus conditoris, quum multos instituto æquales, commen-
datione pietatis, atque virtutibus anteiret, latè diffusâ fa-
mâ Theodorico notus, hic ab eo accessitus, Abbas nouello
gregi datus est, quem, inaugiratus à B. Vindiciano, ita ges-
sit, ut non immixto per celebri Vedastinorum præfulgi
ordini, Dux quidam atque Antesignanus creatur desig-
natus. Ita de eo Chronicon Vedastinum fuit itaque Atta
primus Vedastini Cœnobij, & Blandiniensis Abbas quartus,
vitam eius ampliorem in Catalogo Blandiniensium
Abbatum inuenies.

S. ADRIANI

Memoria in Gerardi-monte Flandriæ opido

GERARDI-MONS Opidum est Flandriæ versus Braban- 8. Sep.
tiam intra muros habet insignem Benedictinorum
Abbatiam anno 1095 à Manasse Episcopo Cameracensi
in vicino declivio incohatam & anno proximè sequenti in
opidum translatam, petente Roberto Hierosolymitano
Flandriæ Comite. Ad hanc Abbatiam S. Adriani Martyris
reliquiae ex Raulicuria Hannoniæ pago anno 1110 ab
Eubaldo sunt translatae. Locus frequentibus claruit mira-
culis, tantoque hominum pie peregrinantiū concursu vel
in hodiernum usque diem frequentatur, ut & Abbatia &
opidum ipsum S. Adriani nomen quodammodo indu-
rint. Reges ipsos huc aliquando aduentasse narrat in suis
Antiquitatum Gerardi-montensium commentarijs Ioannes
Waesbergius.

B 3

AGRI-